

Communio

Omnes gentes, quascúmque fecísti, vénient et adorábunt coram te, Dómine, et glori ficábunt nomen tuum: quóniam magnus es tu et fáciens mirabília: tu es Deus solus, allelúia. (Ps 85:9-10)

1. Inclína, Dómine, aurem tuam et exáudi me, quóniam inops et pauper sum ego.


2. Doce me, Dómine, viam tuam, et ingrédia r in veritáte tua; simplex fac cor meum, ut tímeat nomen tuum.

3. Confitébor tibi, Dómine Deus meus, in toto corde meo, et glori ficábo nomen tuum in ætérnum.

4. Quia misericórdia tua magna est super me, et eruísti ánimam meam ex inférno inferióri.

Postcommunio

Omnípotens ætérnae Deus, qui creásti et redemísti nos, réspice propítius vota nostra: et sacrificium salutáris hóstiæ, quod in honórem nóminis Fílii tui, Dómini nostri Iesu Christi, maiestáti tuæ obtúlimus, plácido et benígno vultu suscípere dignéris; ut grátia tua nobis infúsa, sub glorióso nómine Iesu, ætérnæ prædestinatiónis titulo gaudeámus nómina nostra scripta esse in coelis.



KOMUNIJA

Visos tautos, kurias tu sukūrei, ateis ir lenksis tau, Viešpatie, – jos šlovins tavo vardą. Nes tu esi didis ir darai nuostabius darbus, – tu vienas esi Dievas, aleliuja. (Ps 85:9-10)

1. Atsuk į mane ausj, Viešpatie, ir išklausk mane, nes esu vargšas ir beturtis.

2. Mokyk mane savo kelio, Viešpatie, juo ištikimai pas tavo eisiu; mokyk mano širdį pagarbiai tavo vardo bijoti.

3. Dėkosiu tau visa širdimi, Viešpatie, mano Dieve, ir šlovinsiu tavo vardą per amžius.

4. Juk didis yra man tavo gailėstingumas, išgelbėjai mano sielą iš pragaro gelmių.

POSTKOMUNIJA

Visagalis amžinasis Dieve, kuris mus sukūrei ir atpirkai, maloningai išklausk mūsų prašymus ir maloningai teikis priimti auką, kurią aukojame Tavo didybei, Tavo Sūnaus mūsų Viešpaties Jėzaus Kristaus Vardo garbei. Kad dėl Tavo malonės galėtume džiaugtis matydami mūsų vardus užrašytus Danguje po šlovinguoju Jėzaus vardu, amžinojo išganymo ženklui.

Proprium Missæ

SANCTISSIMI NOMINIS IESU ŠVČ. JĖZAUS VARDŲ ŠVENTĖ



Introitus

In nómine Iesu omne genu flectátur, coeléstium, terréstrium et infernórum: et omnis lingua confiteátur, quia Dóminus Iesus Christus in glória est Dei Patris.

Ps. Dómine, Dóminus noster, quam admirábile est nomen tuum in univérta terra! (Phil 2:10-11; Ps 8:2)

Collecta

Deus, qui unigénitum Fílium tuum constituísti humáni géneris Salvatórem, ei Iesum vocári iussísti: concéde propítius; ut, cuius sanctum nomen venerámur in terris, eius quoque aspéctu perfruámur in coelis.

Epístola

Léctio Actuum Apostolorum (Act 4:8-12)
In diébus illis: Petrus, replétus Spíritu Sancto, dixit: Príncipes pópuli et senióres, audíte: Si nos hódie diiudicámur in benefácto hóminis infírmi, in quo iste salvus factus est,

INTROITAS

Kad Jėzaus vardui priklaupų kiekvienas kelis danguje, žemėje ir po žeme ir kiekvienos lūpos išpažintų: „Viešpats Jėzus Kristus yra Dievo Tėvo garbei“

Ps. Viešpatie, mūsų Viešpatie, koks nuostabus tavo vardas visoje žemėje! (Fil 2:10-11; Ps 8:2)

KOLEKTA

Dieve, kuris savo viengimį Sūnų paskyrei žmonijos Gelbėtoju ir liepei Jį Jėzumi vadinti, suteik mums iš savo malonės, kad kaip Jo Vardą garbiname čia, žemėje, taip Jo veido regėjimu džiaugtumėmės danguje.

EPISTOLĖ

Skaitinys iš Apaštaly darbų (Apd 4:8-12)
Tomis dienomis Petras, Šventosios Dvasios įkvėptas, jiems atsakė: „Tautos vadovai ir seniūnai! Jeigu dėl gero darbo ligoniui šiandien mus klausinėjate, kaip jis buvo išgydytas,

notum sit ómnibus vobis et omni plebi Israēl: quia in nómine Dómini nostri Iesu Christi Nazaréni, quem vos crucifixístis, quem Deus suscitávit a mórtuis, in hoc iste astat coram vobis sanus. Hic est lapis, qui reprobátus est a vobis ædificántibus: qui factus est in caput ánguli: et non est in alio áliquo salus. Nec enim aliud nomen est sub coelo datum homínibus, in quo opórteat nos salvos fieri.

Graduale

Salvos fac nos, Dómine, Deus noster, et cóngrega nos de natióibus: ut confiteámur nómini sancto tuo, et gloriémur in glória tua.

V. Tu, Dómine, Pater noster et Redémptor noster: a saeculo nomen tuum. (Ps 105:47; Isa 63:16)

Alleluia

Alleluia, alleluia.

Laudem Dómini loquétur os meum, et benedícat omnis caro nomen sanctum eius. Alleluia. (Ps 144:21)

Evangelium

Sequéntia sancti Evangélij secundum Lucam (Luc 2:21)

In illo témpore: Postquam consummáti sunt dies octo, ut circumciderétur Puer: vocátum est nomen eius Iesus, quod vocátum est ab Angelo, priúsqvam in útero conciperétur.

tai tebūnie jums visiems ir visai Izraelio tautai žinoma: vardu Jėzaus Kristaus Nazariečio, kurį jūs nukryžiuavote ir kurį Dievas prikėlė iš numirusių! Tik jo vardu šis vyras jūsų akivaizdoje stovi sveikas. Jėzus yra akmuo, kurį jūs, statytojai, atmetėte ir kuris tapo kertiniu akmeniui. Ir nėra niekame kitame išgelbėjimo, nes neduota žmonėms po dangumi kito vardo, kuriuo galėtume būti išgelbėti“.

GRADUALAS

Gelbėk mus, Viešpatie, mūsų Dieve, ir surink mus iš visų tautų, kad dėkotume tavo šventajam vardui ir didžiutumąs tavo šlovindami!

V. Tu, Viešpatie, mūsų Tėvu ir mūsų Atpirkėju esi pavadintas amžiams. (Ps 105:47; Iz 63:16)

ALELIUJA

Aleliuja, aleliuja.

Teskelbia mano burna Viešpaties šlovę, ir visa, kas gyva, tešlovina jo šventą vardą! Aleliuja. (Ps 144:21)

EVANGELIJA

Šventosios Evangelijos pagal Luką tęsinys (Lk 2:21)

Anuo metu, praslinkus aštuonioms dienoms, kai reikėjo apipjaustyti berniuką, jam buvo duotas Jėzaus vardas, kurį angelas buvo nurodęs dar prieš jo pradėjimą įsčiose.

Offertorium

Confitébor tibi, Dómine, Deus meus, in toto corde meo, et glorificábo nomen tuum in ætérnum: quóniam tu, Dómine, suávis et mitis es: et multæ misericórdiæ ómnibus invocántibus te, allelúia. (Ps 85:12; 85:5)

Secreta

Benedíctio tua, clementíssime Deus, qua omnis viget creatúra, sanctificet, quaesumus, hoc sacrificium nostrum, quod ad glóriam nóminis Filii tui, Dómini nostri Iesu Christi, offérimus tibi: ut maiestáti tuæ placére possit ad laudem, et nobis profícere ad salútem.

Præfatio de **N**ativitate **D**ominí
Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Quia per incarnáti Verbi mystérium nova mentis nostræ óculis lux tuæ claritátis infúlsit: ut, dum visibíliter Deum cognóscimus, per hunc in invisibílium amorem rapiámur. Et ideo cum Angelis et Archángelis, cum omni milítia coeléstis exércitus hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicétes: Sanctus.

OFERTORIUMAS

Dėkosiu tau visa širdimi, Viešpatie, mano Dieve, ir šlovinsiu tavo vardą per amžius. Juk tu, Viešpatie, geras esi ir atlaidus, pilnas gailestingumo visiems, kurie tavę šaukiasi, aleliuja. (Ps 85:12; 85:5)

SEKRETA

Gailestingasis Dieve, tegu Tavo palaiminimas, dėl kurio visi padarai gyvena, pašventina šią mūsų auką, kurią aukojame Tavo Sūnaus mūsų Viešpaties Jėzaus Kristaus vardo šlovei. Tegu ji būna garbinimo ženklų Tavo didybei ir naudinga mūsų išganymui.

VIEŠPATIES GIMIMO PREFACIJA

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, visur ir visada Tave išpažinti ir tau dėkoti, šventasis Viešpatie, visagali Tėve, amžinasis Dieve. Slaptingu Žodžio Įsikūnijimu nauja tavosios garbės šviesa mūsų dvasiai sužibo, idant mes, regimai pažinę žmogumi tapusį Dievą, per jį pamiltume neregimąsias vertybes. Todėl mes su Angelais ir Archangelais, su Kunigaikštystėmis ir Viešpatystėmis, ir su visa dangiškąja kariauna garbės himną tau nepaliaudamai giedame: Šventas.